

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Urkunden und Akten der Stadt Strassburg**

Politische Urkunden von 1266 bis 1332

**Wiegand, Wilhelm**

**Straßburg, 1886**

1324

[urn:nbn:de:bsz:31-326704](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326704)

432. *Das Straßburger Domcapitel mit Ausnahme von drei genannten Mitgliedern beschließt, die Einkünfte zweier Jahre von Pfründen, die innerhalb der nächsten fünf Jahre zur Erledigung kommen, dem Bischof zur Hebung der Schuldenlast der Straßburger Kirche zur Verfügung zu stellen. 1324 Februar 14.*

5 In nomine domini amen. nos Gebehardus de Friburgo prepositus, Johannes de  
Ohssenstein scolasticus meo, Ludowici de Strazberg cantoris et Rüdolfi de Ohssen-  
stein archidyaconi et canonicorum ecclesie Argentinensis nomine et mandato, Her-  
mannus de Geroltzecke cellerarius, Hermannus de Thierstein camerarius, Hermannus  
de Geroltzecke pincerna, Cûnradus de Lierheim archidyaconus meo, Waltheri de  
10 Schowemburg, Friderici de Lierheim ipsius ecclesie canonicorum nomine et mandato,  
Ludowicus de Thierstein meo, Ūlrici et Waltheri de Arberg canonicorum dicte  
ecclesie nomine et mandato, Brûnicho de Geroltzecke, Johannes de Geroltzecke et  
Lûtoldus de Crenkingen canonici ecclesie Argentinensis prefate, considerantes eccle-  
siam nostram Argentinensem sepe dictam pluribus debitorum oneribus pregravatam  
15 in tantum, quod, nisi celeri occurratur remedio, subversio et jactura irrecuperabiles  
ipsi ecclesie iminerent, concepimus ad obviandum hujusmodi periculo, fructus bien-  
nales beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque in civitate et diocesi Argentinensi  
vacaturorum in modum qualemcunque, prout potuimus, presertim ex consuetudine  
prescripta et hactenus observata, ad aliqua certa tempora ipsi nostre ecclesie conce-  
20 dere in solutionem debitorum hujusmodi et in usus necessarios dicte nostre ecclesie  
convertendos. et ad tractandum super premissis et pro expeditione hujusmodi negocii  
capitulo indicto, ut est moris et consuetudinis, in ipsa ecclesia feria tertia post  
octavam festi beate Agnetis sub anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto,  
convenimus una cum quibusdam aliis ipsius ecclesie canonicis in capitulo ejusdem  
25 ecclesie et, aliquibus tractatibus habitis, prefatum capitulum et diem predictam in  
dicto negotio prefixam usque ad diem beati Valentini proximo dictam feriam terti-  
am sequentem prorogavimus. convenientibus igitur in hujusmodi termino, die scilicet  
beati Valentini prefata, ad capitulum ecclesie Argentinensis nobis et aliis, qui  
debuerunt voluerunt et potuerunt interesse, et super ipso negotio pluribus in ipso  
30 capitulo tractatibus habitis, dominus Walramus de Veldenze decanus, Cûnradus de  
Kirkele thesaurarius et Johannes de Swarzenberg canonicus ipsius ecclesie de capi-  
tulo recesserunt dicentes, se nolle hujusmodi capitulo interesse. nos vero attendentes,  
quod dicti recedentes quoad dictum capitulum se reddiderant alienos ad expeditionem  
negocii predicti, pro quo convenimus procedere volentes, tractatibus inter nos pre-  
35 habitis, presente reverendo in Christo patre ac domino nostro domino Johanne  
episcopo Argentinensi, tandem unanimi consensu, nullo penitus contradicente, pre-  
dicto patre et domino consentiente et auctorizante, decrevimus et concessimus fructus  
predictos biennales beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunque infra quinquennium  
inchoandum in dominica, qua cantatur Invocavit, proxima vacaturorum modo quo-  
40 cunque ex parte prefate nostre ecclesie tenendos recipiendos et in usus, ut premit-  
titur, effectualiter convertendos. quod eciam concedimus et servari ac cum effectu  
fieri volumus ac decernimus per presentes, contradictione qualibet quiescente. sub

1324  
Januar 31

Februar 14

März 4

qua tamen concessione quoad fructus predictos biennales prebendas dignitates officia et feoda claustralia ecclesie nostre Argentinensis et monasteria civitatis et diocesis Argentinensis personarum religiosarum nolumus contineri, dantes prefato patri ac domino nostro de hujusmodi fructibus disponendi et ordinandi in usus prefatos plenam et liberam potestatem. nos eciam Johannes dei gracia episcopus Argentinensis predictus, quia premissis in dicto capitulo interfuimus, ipsa approbavimus et auctorizavimus ob evidentem necessitatem ipsius ecclesie, quam in hac parte subesse cognovimus, eisdem consensimus et presentibus consentimus. in quorum evidenciam et testimonium nostra videlicet . . . episcopi et capituli predictorum sigilla presentibus sunt appensa. actum in die beati Valentini anno domini prenotato. 5 10

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 119 or. mb. c. 2 sig. pend. delaps.*

433. *Das Straßburger Domcapitel beschließt mit Zustimmung des Bischofs, den Artikel 4 des Statuts vom Jahr 1299 aufzuheben. 1324 Februar 14.*

In dei nomine amen. noverint universi presentium inspectores, quod nos . . . prepositus et capitulum ecclesie Argentinensis die beati Valentini sub anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto super revocatione statuti subscripti quoad articulum infrascriptum assignata, presente reverendo in Christo patre ac domino nostro domino Johanne episcopo Argentinensi et in hoc una nobiscum consenciente, in capitulo ipsius ecclesie hujusmodi statutum quoad subscriptum articulum in enormem status ecclesie Argentinensis lesionem sine auctoritate et consensu episcopi et vacante ecclesia Argentinensi editum<sup>a</sup> 1, licet ex hiis et aliis causis opus non sit revocationis ejusdem propter ejus nullitatem, ad cautelam tamen deliberavimus revocandum et ipsum statutum quoad eundem articulum, auctoritate reverendi in Christo patris ac domini predicti et consensu ad hoc plenius accedente, presentibus revocamus cassamus, ymmo verius irritum nunciamus. nos eciam Johannes dei gracia episcopus predictus revocationi predictae ex causis, ut premittitur, et aliis nos moventibus et ob evidentem necessitatem ecclesie nostre Argentinensis, quam in hac parte subesse cognovimus, nostrum consensum adhibuimus auctoritatemque nostram eidem revocationi presentibus adhibemus, ipsum quoad eundem articulum statutum revocantes cassantes, ymmo verius irritum nunciantes. statutum vero, de quo supra fit mencio, inter statuta alia ecclesie Argentinensis contentum incipit: pro conservatione status ecclesiastici jurisque honoris et libertatis etc. articuli vero revocati ejusdem statuti tenor est talis: quartum quod idem dominus episcopus vel ejus in perpetuum successores proventus vel redditus beneficiorum vacancium vel non vacancium, invitis eorum rectoribus et patronis, percipere non debeant ad usus suos qualescunque sine licencia sedis apostolice speciali<sup>2</sup>. in quorum omnium evi-

a) *B* editum.

<sup>1</sup> *Vergl. nr. 221, Statut des Domcapitels von 1299 September 15.*

<sup>2</sup> *Vergl. S. 175 Z. 37 ff.*

denciam et testimonium nostra Johannis dei gracia episcopi et capituli predictorum sigilla presentibus sunt appensa. actum die beati Valentini et anno domini prenotatis.

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 119 or. mb. c. 2 sig. pend. laesis. Auf der Rückseite von gleichzeitiger Hand der Vermerk: littera revocacionis statuti, quod concessionem fructuum beneficiorum vacancium prohibebat. Unten in der Ecke links: cclii R[egistrata] et coll[acionata].*

*B 1 coll. aus Straßb. Bez. A. G fasc. 2719 or. mb. c. 2 sig. pend.*

434. *Bischof Johann von Straßburg und das Domcapitel geloben sich in der Sache, betreffend Abtretung der Pfründeneinkünfte und die dagegen von Konrad von Kirkel eingelegte Appellation, gegenseitig Beistand. 1324 Februar 14.*

In dei nomine amen. nos Johannes dei gracia episcopus Argentinensis recognoscimus per presentes, quod nos in negocio subsidii circa fructus biennales ecclesie nostre per . . . prepositum et capitulum ipsius canonice concessi<sup>1</sup>, et specialiter in causa appellationis ex parte Cünradi de Kirkele thesaurarii ecclesie nostre predictae contra dictam concessionem interjecte, ipsis . . . preposito et capitulo fideliter assistere et ipsius defensionem subire promisimus et ipsum negocium defendere pro viribus bona fide. nos etiam prepositus et capitulum predicti eidem domino nostro pro defensione ipsius negocii seu subsidii promisimus fideliter assistere verbo et opere et id promittimus per presentes. in quorum testimonium nostra videlicet . . . episcopi et capituli predictorum sigilla presentibus sunt appensa. actum 16 kalendas marcii anno domini 1324.

*B aus Straßb. Bez. A. G fasc. 2725 or. mb. c. 2 sig. pend.*

435. *Vor dem Straßburger bischöflichen Hofrichter verbürgen sich eidlich acht benannte Einwohner von Brumath, Vendenheim, Mommenheim und Kriegsheim für einen von den Straßburgern gefangen gesetzten Freund. 1324 März 9.*

Coram nobis . . . iudice curie Argentinensis constituti Cünradus dictus Meiger, Hugo dictus Cleinhügelin, Johannes natus Hügelini de Criegesheim, Rüdolfus frater dicti Johannis incole opidi Brumat, Betschelinus dictus Höbet de Vendenheim, Nicolaus dictus Reisser de Mummenheim, Wernherus ejus frater et Cünradus sutor de Criegesheim apud Scheffelingesheim per juramentum ab ipsis coram nobis corporaliter prestitum promiserunt in solidum, quod, si Nicolaus frater predicti Hugonis, quem ceperunt cives Argentinenses, ratione ejusdem captionis seu detentionis aliquem civem Argentinensem et spetialiter Petrum suturem de Rinsteten occuparet vel molestaret aut hoc fieri procuraret in iudicio vel extra aut ipsis civibus et spetialiter dicto Petro aliquod dampnum inferret seu inferri procuraret modo quovis occasione ejusdem captionis, quod illud resartient eisdem civibus et spetialiter dicto Petro vel se presentabunt per idem juramentum infra octo dies, postquam ex parte dictorum civium et sepredicti Petri moniti fuerint, in civitatem Argentinensem nunquam ipsam

<sup>1</sup> Vergl. nr. 432.

civitatem exituri, quousque civibus et Petro predictis hujusmodi dampnum fuerit plenarie resarcitum; alioquin excommunicationis sententie, quam a nobis in se ferri elegerunt, utique subjacebunt et perjuri denuntiabuntur et iudicio seculari<sup>a</sup> et sine auctoritate iuditiaria persone et res ipsorum invadentur. et si quod dampnum ipsos cives et dictum Petrum occasione premissorum sustinere contingeret, ipsis promiserunt in solidum resarcire. renuntiaverunt insuper prescripte persone exceptioni dividendarum actionum, epistole divi Adriani, constitutioni de duobus reis debendi vel promittendi omnique juris auxilio canonici et civilis, consuetudinibus et statutis tam publicis quam privatis, exceptionibus et defensionibus aliis quibuscumque, quibus juvari possent ad veniendum contra premissa vel aliquid premissorum quoquo modo in iudicio vel extra, imposterum vel ad presens. insuper coram nobis . . . iudice predicto constitutus Nicolaus predictus frater Hugonis prescripti juravit, quod ratione captivationis predictae facte in personam ipsius Nycolai per cives civitatis Argentinensis eosdem cives et spetialiter dictum Petrum nunquam occupabit vel perturbabit aut hoc fieri procurabit per se vel per alios quoquo modo in iudicio vel extra, imposterum vel ad presens. et in omnium ac singulorum evidens testimonium premissorum sigillum curie Argentinensis ad petitionem personarum prescriptarum, que se ad premissa obligarunt, presentibus est appensum. actum in curia predicta 7 idus marcii anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto.

*S aus Straßb. St. A. Versch. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 17 or. mb. c. sig. pend.*

436. *Pabst Johann XXII lobt den Bischof Johann von Straßburg für seinen Eifer in der Veröffentlichung der päpstlichen Proceße gegen König Ludwig und ermahnt ihn, auch die Stadt Straßburg dafür zu gewinnen. 1324 April 1 Avignon.*

[Johannes episcopus servus servorum dei] venerabili fratri Johanni episcopo Argentinensi [salutem et apostolicam benedictionem]<sup>1</sup>. fraternitatis tue litteris consueta benignitate receptis et earum serie diligenter inspecta circa publicationem per nos pridem habitorum processuum super quibusdam excessibus viri magnifici Ludovici ducis Bavarie discorditer in regem Romanorum, sicut fertur, electi, diligentiam et devotionem tuam, quam in nostris et sedis apostolice piis honestisque preceptis probabiliter promptam esse supponimus, dignis in domino laudibus commendamus<sup>2</sup>, mirantes autem, magistri consulum et scabinorum Argentinensium esse

a) S setulari.

<sup>1</sup> Die Eingangsformel wie das Datum sind ergänzt.

<sup>2</sup> Der erste Proceß gegen Ludwig von 1323 October 8 ist am 9. October dem Straßburger Bischof mitgetheilt worden und dürfte im December 1323 in seine Hände gekommen sein, wenigstens erhielt ihn der Bischof von Basel erst am Sonntag vor Weihnachten, am 18. December (vergl. Oberbayer. Archiv I, 97 nr. 72). Die päpstliche Erklärung vom 7. Januar 1324 an die Gesandten Ludwigs wurde Bischof Johann unterm 13. Januar mitgetheilt, der zweite Proceß gegen Ludwig von 1324 März 23 wurde ihm am 28. März übersandt. Schließlich wurde der Proceß gegen Ludwigs Bevollmächtigte in Italien von 1324 April 12 schon am folgenden Tage dem Bischof übermittelt. Der 1. und 2. Proceß gegen Ludwig befinden sich in gleichzeitiger Abschrift auf sieben aneinander gehefteten Pergamentblättern im Straßb. St. A. AA art. 74, ebenda die beiden andern erwähnten Schriftstücke in Copie auf zwei aneinander gehefteten Pergamentblättern.

duriciam adeo renitentem, quod ipsi non in levem dei nostram et prefate sedis offensam in civitate predicta publicationem non permiserint fieri memoratam<sup>1</sup>. nec ex paterne pietatis affectu hanc pertinaciam ipsis expedire salubriter estimantes fraternitatem tuam rogamus et hortamur attente, quatinus pro nostra et dicte sedis reverentia ferventer instes et operanter adhibeas tue sollicitudinis studium, unde cives hujusmodi velut quodam inductive salutis glutino attrahas ad veram devotionem nostram et sedis ejusdem ac debitam obedientiam mandatorum, nihilominus ipsarum partium nova seu conditiones et statum sepe nobis et fideliter tuis litteris relaturus<sup>2</sup>, teque sic habiturus demum in his et aliis respicientibus nostrum et prefate sedis commodum ac honorem, quod, sicut diligentius illa prosequeris, sic preter divine retributionis premium benevolentiam nostram et sedis ejusdem uberius merearis. datum Avenione kalendis aprilis [pontificatus nostri] anno octavo.

*Aus d. Oberbayerisch. Archiv I, 50 nr. 4. Auszug von Höfler aus den Regesten Pabst Johann XXII (Secret. an. VIII tom. VI p. LXXVII).*

437. Pabst Johann XXII ermahnt das Straßburger Domcapitel, den Bischof bei der Veröffentlichung und Durchführung der päpstlichen Prozesse gegen König Ludwig kräftig zu unterstützen. 1324 Mai 31 Avignon.

[Johannes episcopus servus servorum dei] decano preposito et capitulo [ecclesie] Argentinensis [salutem et apostolicam benedictionem]<sup>3</sup>. si diligenti studio perpendatis filii, quam sit magnum virtutes colere singulas, obedire pro certo invenietis per maximum, cum obedientie sola religio virtutes inserat universas. itaque universitatem vestram rogamus et monemus attente, quatenus circa publicationem et executionem processuum, quos adversus virum magnificum Ludovicum ducem Bavarie discorditer in regem Romanorum electum hucusque habuimus, venerabili fratri nostro Johanni episcopo Argentinensi ad requisitionem ipsius sic pro nostra et apostolice sedis reverentia obedienter ac celeriter pareatis et intendatis efficaciter, prout decet, quod nostra non censeamini et ejusdem sedis precepta contempnere et apud deum ac ipsam sedem possitis de obedientia prestita bene meriti apparere<sup>4</sup>. [datum Avinione pridie kalendas junii pontificatus nostri anno octavo].

*Aus d. Oberbayerisch. Archiv I, 62 nr. 22. Undatirter Auszug von Höfler aus den Regesten Pabst Johann XXII (Litt. apostol. an. VIII tom. IV p. 69). — Regest in der Archivalischen Zeitschrift V, 256 nr. 209 mit Angabe des Tagesdatums, nach dem das Datum des Textes ergänzt ist.*

<sup>1</sup> Vergl. nr. 438.

<sup>2</sup> Vergl. den undatirten Brief des Pabstes an den Bischof, der in den Sommer 1324 zu setzen sein dürfte i. Oberbayer. Archiv I, 72 nr. 42. In demselben wird ihm für seinen Eifer und seine guten Nachrichten gedankt und er gebeten, dabei zu beharren nobis statum partium illarum et rumores, qui tibi occurrerunt, sepius rescripturus.

<sup>3</sup> Die Eingangsformel ist ergänzt.

<sup>4</sup> Von gleichem Wortlaut und wahrscheinlich von demselben Datum ist ein Schreiben des Pabstes adressirt filiis religiosis Argentinensis civitatis et dioecesis exemptis et non exemptis. Vergl. Oberbayer. Archiv I, 73 nr. 45. Auf dies wie auf das oben mitgetheilte Schreiben wird hingewiesen in dem Briefe des Pabstes an Bischof Johann ebenfalls vom 31. Mai, in dem diesem der Beistand des Mainzer Erzbischofs und der Bischöfe von Basel, Konstanz, Metz und Speier gegen König Ludwig und seine Anhänger in Aussicht gestellt wird. Vergl. Oberbayer. Archiv I, 61 nr. 20 u. 21 sowie Archiv. Zeitschrift V, 255 nr. 208 u. 210.

438. *Entwurf eines Schreibens der Stadt Straßburg an den Pabst Johann XXII, in dem sie die Gründe entwickelt, aus denen sie die Veröffentlichung der päpstlichen Proceße gegen König Ludwig bisher verhindert habe, und um Rücksichtnahme bittet. [1324 vor August].*

Sanctissimo in Christo patri ac piissimo universorum<sup>a</sup> domino domino Johanni 5  
vicesimo secundo, divina providencia sacrosancte Romane et tocius militantis<sup>b</sup> ecclesie  
summo pontifici, magister consules scabini ac universitas civitatis Argentinensis sui  
devoti<sup>c</sup> cum omni humilitate devota pedum oscula beatorum. paterna pietas merito  
filiorum excusationem exaudiet, quam non ex superbie typo<sup>d</sup>, sed evitandi necessitate  
proprii periculi<sup>e</sup> et ob hominum corpora, que cunctis rebus preferuntur, conservanda 10  
noverit processisse. hinc est quod ad vestre sanctissime in Christo paternitatis noti-  
ciam singnificando cum omni humilitate et reverencia deducimus, reverendum in Christo  
patrem et dominum Johannem dei gracia Argentinensem episcopum voluisse quoddam  
mandatum a vobis patre sanctissimo directum contra illustrem principem dominum 15  
Ludewicum ducem Bauvarie in Romanorum regem electum in nostra civitate Argen-  
tinensi publicasse<sup>f</sup>. cui publicacioni<sup>f</sup> ad nostras preces seriosissimas supersedit et  
ob pericula infrascripta et adhuc graviora et periculosiora<sup>g</sup> evitanda ex parte nostra  
proposita coram eo. periculorum autem tenor dinoscitur esse talis<sup>h</sup>: dictus enim  
illustris princeps in Romanorum regem electus multas civitates et municiones 20  
circumjacere habet pretextu imperii prope nostram civitatem predictam et circum-  
circa eidem faventes et adherentes; item multos nobiles fortes et potentes habet  
coadjutores et fautores habentes fortalicia et municiones circa nostram civitatem  
predictam, de quibus ad mandatum dicti principis ob dicti mandati publicacionem  
in nostra civitate faciendam procul dubio facerent nobis et nostris incolis tam in 25  
rebus quam in personis infestaciones gravissimas et incomoda infinita. preterea si  
aliquod mandatum de cetero in nostra civitate contra dictum principem publicaretur,  
propter talem publicacionem cedes magna et inevitabilis accideret in nostra civitate  
propter servitores hincinde potentes<sup>h</sup> utriusque electorum ad regnum Romanorum,  
videlicet principis predicti et domini Friderici ducis Austrie<sup>i</sup>, in eadem existentes, 30  
cum quidam ex nostris concivibus uni electorum predictorum, quidam alteri adhe-  
reant auxilio consilio et favore<sup>k</sup>. item nos erga ambos electos predictos hactenus  
legaliter nos gessimus in communi, ut ipsa communitas non magis uni electorum  
favebat quam alteri et in ipsorum gracia et amicia existebat et in statu tranquillo.  
quas nos, si aliquod mandatum in nostra civitate contra dictum principem publica-

a) piissimo universorum *übergeschrieben*. b) divina—militantis *übergeschrieben und universalis durchgestri-*  
*chen*. c) sui devoti *übergeschrieben*. d) typo *übergeschrieben und contemptu ausgestrichen*. e) humi-  
littatis radice *ausgestrichen und evitandi—periculi übergeschrieben*. f) publicato licet invitatus *durch-*  
*gestrichen und publicacioni übergeschrieben*. g) et adhuc—periculosiora *übergeschrieben*. h) hinc-  
inde potentes *übergeschrieben*. i) videlicet—Austrie *übergeschrieben*. k) S add. preterea  
*durchgestrichen*. 40

<sup>1</sup> *Vergl. nr. 436.*

<sup>2</sup> *Vergl. nr. 439.*

retur, erga ipsum et ejus coadjutores et fautores, qui nobis gravia pericula et incommoda infinita inferre possunt, ut est prelibatum, amitteremus et ipsorum eciam indignacionem et hostile<sup>a</sup> hodium incurreremus, immo<sup>b</sup> nobis adversarios eosdem in perpetuum ordinaremus et constitueremus principaliter nec secure possemus vel  
 5 auderemus, sicut hactenus consuevimus, cum rebus nostris partes Alamanie pertransire. item si aliquod mandatum in nostra civitate predicta contra dictum principem publicaretur, ex hoc indignari posset et sibi sumere materiam et occasionem revocandi privilegia nobis nostris incolis ac civitati nostre predictae concessa a regibus Romanis et imperatoribus sumptuosis expensis, gravissimis laboribus et gratissimis  
 10 serviciis acquisita. item si alicujus mandati publicatio in nostra civitate Argentinensi predicta contra dictum principem facienda, nobis pre ceteris civitatibus et communitatibus valde esset periculosa et nociva, ut ex premissis liquide apparet, vestre tamen paternitati sanctissime parum vel nichil utilitatis procul dubio allatura<sup>c</sup>. quare vestre in Christo paternitati sanctissime devote et humiliter supplicamus, quatenus  
 15 dicta nostra pericula et multo graviora et periculosiora, que longum esset vestre in Christo paternitati piissime exponere, nobis inconbentia ob mandati alicujus publicacionem in nostra civitate faciendam contra principem predictum vestre sanctitatis animum mitigent et inclinent, si in aliquo, quod tamen non speramus, vestram sanctitatem piissimam offendimus ob<sup>d</sup> vestri mandati predicti<sup>e</sup> publicacionem non  
 20 aliqua temeritate vel contemptu, sed<sup>f</sup> propter nostras preces et causas predictas retardatam<sup>g</sup>. ad parcendum nobis in premissis et ad nostram excusationem premissam paterno suscipiendam favore exemplo illius, cujus vicem in terris geritis, cui proprium est misereri et parcere, et ad providendum nobis<sup>h</sup> vestra solita sanctitate piissima more patris piissimi ad avertenda a nobis pericula premissa, ne in civitate  
 25 nostra predicta alicujus mandati publicatio facienda contra principem predictum alicui inantea committatur, vestram sanctitatem incolomem letamque pater sanctissime evoluteatur longissimo, qui est in seculorum secula benedictus.

*S aus Straßb. St. A. AA art. 74 conc. nb. coev. Zwei Stücke groben Pergaments von länglichem Format mit eingerissenen Rändern, das zweite kleinere zeigt am untern Rande Spuren einer Naht. Auf dem ersten ist in dorso am untern Rand in der Ecke wohl gleichzeitig vermerkt contra processum pape. Bezüglich der Datirung des Stücks kann zunächst darüber kein Zweifel herrschen, daß es in das Jahr 1324 zu setzen ist und zwar vor den 2. August, an dem Bischof Johann die Veröffentlichung der päpstlichen Mandate gegen Ludwig auf allen Kanzeln der Stadt und Diöcese Straßburg befiehlt. Vergl. nr. 440. Vielleicht gehört es schon in den Anfang des Jahrs, bald nachdem Bischof Johann den ersten Proceß erhalten hatte, und das Schreiben des Pabstes von 1324 April 1 nimmt darauf Bezug. Vergl. nr. 436. So nehmen es C. Müller Kampf Ludwigs d. B. mit der römischen Curie I, 140 u. 367 Beilage 11 sowie Rosenkränzer Bischof Johann S. 55 Anmerk. 1 an. Möglicher Weise ist es aber erst auf Grund des päpstlichen Schreibens vom 1. April entstanden und die Rechtfertigung gegen die darin enthaltenen Vorwürfe.*

a) Zwischen hostile und hodium ein fast kreisrundes, grosses Loch im Pergament. b) S immo. c) Hier endet das erste Pergamentblatt. d) ob übergeschrieben und propter ausgestrichen. e) predicti übergeschrieben. f) non—sed übergeschrieben. g) S add. que alias tamen est notoria ausgestrichen. h) nobis übergeschrieben.

439. *Entwurf eines Schreibens der Stadt Straßburg an Bischof Johann, in welchem demselben für eine Entschuldigungsschrift an den Pabst die Gründe auseinandergesetzt werden, weshalb die Stadt sich der Veröffentlichung der Proceße gegen König Ludwig bisher widersetzt habe. [1324 vor August].*

Cause infrascripte sunt motive cause civium Argentinensium, quare in civitate Argentina publicacio processus per summum pontificem dominum Johannem vicesimum secundum papam directi reverendo in Christo patri ac domino nostro domino Johanni dei gracia episcopo Argentinensi ad publicandum ipsum per eundem contra illustrem principem dominum Ludewicum ducem Bauvarie in Romanorum regem electum<sup>a</sup>, et ne de cetero aliqua in dicta civitate Argentina contra cives ipsius in genere vel in specie processuum apostolicorum publicacio ab aliquo procuretur. dictus enim illustris princeps in regem Romanorum electus multas civitates et munitiones circumjacere habet pretextu imperii prope civitatem Argentinam predictam et circumcirca, item multos nobiles potentes habet coadjutores et fautores habentes fortalicia et munitiones circa dictam civitatem Argentinam [weiter wie in nr. 438 mit geringfügigen Abweichungen bis utilitatis allatura].

Premissa, pater reverende domine Johannes episcopo Argentinensis, vestrum moveant animum et inclinent ad scribendum summo pontifici, excusando cives predictos apud ipsum, quare dictam publicacionem in dicta civitate Argentina propter causas predictas et ad evitanda dicta pericula obmisistis. cetera supleat vestra paternitas reverenda.

*S aus Straßb. St. A. AA art. 74 conc. mb. coev. Längliches Stück Pergament mit eingerissenen Rändern.*

*Gedruckt darnach bei Wencker App. et instr. arch. p. 170 nr. 27 mit unberechtigter Hinzunahme des Schlußes von nr. 438, der auf das zweite Pergamentblatt geschrieben ist. Das Stück steht offenbar im engsten Zusammenhang mit nr. 438 und ist wie dieses zeitlich zu fixiren. Vergl. Müller a. a. O. S. 368.*

440. *Bischof Johann trägt der Geistlichkeit in der Stadt und Diöcese Straßburg bei Strafe der Amtsenthebung auf, die päpstlichen Erlaße gegen König Ludwig öffentlich zu verkünden. 1324 August 2 Schlettstadt.*

Johannes dei gracia episcopus Argentinensis, executor mandatorum apostolicorum contra magnificum principem dominum Ludewicum ducem Bawarie ejusque fautores directorum a sede apostolica deputatus, universis et singulis rectoribus seu vicariis parrochias regentibus necnon religiosis quibuscumque exemptis et non exemptis, cujuscunque condicionis status seu ordinis fuerint, per civitatem et dyocesim Argentinenses constitutis salutem et mandatis apostolicis firmiter obedire. auctoritate apostolica nobis in hac parte commissa vos omnes et singulos ex vobis requirimus et monemus et vobis et cuilibet in virtute sancte obediencie et sub pena suspensionis ab officio, quam vos et quemlibet vestrum incurrere volumus ipso facto, canonica

a) Zu ergänzen etwa omissa est.

tamen monicione premissa, qui non fecerint, quod mandamus, injungimus, ut vos rectores seu vicarii civitatis Argentinensis infra missarum sollempnia in cancellis publice, vosque religiosi ejusdem civitatis et suburbii ipsius, qui sermones ad populum feceritis, proxima die dominica post festum beati Laurentii martiris et deinde singulis  
 5 diebus dominicis et festivis hujusmodi mandata apostolica sollempniter publicetis<sup>1</sup> scientes, quod, si secus feceritis, non solum ad publicationem penarum, quas ex tali negligentia seu inobedientia vos continget incurrere, sed etiam contra vos, licet inviti, alias procedemus juxta traditam a dicta sede apostolica nobis formam, dantes Erboni de Kagenecke cellerario ecclesie sancti Petri Argentinensis clerico nostro  
 10 presentibus in mandatis, hoc nostrum mandatum sive processum presentem vobis una cum mandatis apostolicis predictis presentandi et ad vestram notitiam perferendi. datum apud Sletzstat 4 nonas augusti anno domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto.

August 12

*S aus Straßb. St. A. AA art. 74 cop. mb. coeva.*

15 441. Die Stadt Straßburg schreibt dem Pabste, sie bestelle hiermit den Straßburger Geistlichen Konrad von Geispolsheim als ihren Vertreter bei der Curie auf zwei Jahre. 1324 September 12 Straßburg.

. . Sanctissimo in Christo patri ac domino sacrosancte Romane ecclesie summo pontifici . . magistri consules ac universitas civitatis Argentinensis devota pedum  
 20 oscula beatorum. in curia vestre sanctitatis et audiencia magistrum Cûnradum de Geispoltzheim clericum Argentinensem presentium exhibitorem nostrum nominamus ordinamus et constituimus procuratorem ad impetrandum litteras simplices et legendas gratiam et justitiam continentes, ad contradicendum et in judices communiter et divisim et in loca congrua conveniendum recusandum et appellandum, dantes eidem  
 25 potestatem alium procuratorem substituendi eundemque revocandi, quando et quotiens sibi visum fuerit expedire, ratum et gratum habituri, quicquid idem magister Cûnradus vel ab eo substitutus fecerit egerit seu ordinaverit nostro nomine in premissis. volumus autem et speciali convencione in pactum deducimus, quod dictus magister Cûnradus noster procurator annuatim duabus marcis argenti nomine sui salarii sit  
 30 contentus, presente procuratorio post bigennium minime valituro. et hec vobis, pater sancte, et omnibus, quorum interest seu intererit, sub sigillo nostre civitatis Argentinensis cupimus esse nota. actum Argentine 2 idus septembris anno domini 1324.

*S aus Straßb. St. A. Vord. Dreizehn. Gew. lad. 88 cop. mb. coeva.*

35 <sup>1</sup> Es ist fraglich, ob darunter der päpstliche Proceß von 1324 Juli 11, die Reichsentsetzung Ludwigs, die Excommunication seiner Anhänger, das Interdict ihrer Gebiete zu verstehen ist. Derselbe wurde am 19. Juli, wie es scheint, dem Straßburger Bischof übersandt. Vergl. Oberbayer. Archiv I, 77 nr. 51 und 52. Vielleicht erhielt er denselben erst Ende August und der Passus eines Schreibens von Bischof und Domcapitel an den Archipresbyter in Neuweiler ist darauf zu beziehen: mandatum sedis apostolice  
 40 novum et arduum universum clerum civitatis et diocesis Argentinensis contingens recepimus. Zur Berathung desselben wird ein allgemeines Capitel auf den 4. September berufen (feria 3 ante nativitatem beate virginis hora prime in capitulo ecclesie Argentinensis). Vergl. Rosenkränzer Bischof Johann S. 105 (aus Cod. ms. nr. 410 der Wiener Hofbibliothek).

442. *Das Straßburger St. Stephanskloster theilt dem Pabste mit, es bestelle den Magister Johannes Angeli auf zwei Jahre als seinen Vertreter bei der Curie. 1324 October 12.*

Sanctissimo in Christo patri ac domino sacrosancte Romane sedis summo pontifici . . divina clemencia . . abbatissa et conventus monasterii sancti Stephani Argentinensis devotum pedum oscula beatorum. in curia vestre sanctitatis et audiencia magistrum Johannem Angeli clericum exhibitorem presencium nostrum constituimus procuratorem ad impetrandum et contradicendum litteras simplices et legendas, in loca et judices communes conveniendum et recusandum, alium procuratorem, quancunque voluerit, substituendum et revocandum et ad omnia alia et singula faciendum circa premissa, que verus et legitimus potest et debet facere procurator, ratum et gratum habituri, quicquid idem procurator vel ab eo substitutus nomine nostro fecerit in premissis. volumus eciam, ut duobus florenis pro salario annuo sit contentus, et quod presens mandatum post biennium sit minime valiturum. et hec vestre sanctitati et omnibus et singulis, quorum interest aut intererit, sub sigillis nostris appensis presentibus intimamus. actum et datum 4 idus octobris anno domini 1324<sup>a</sup>.

*B aus Straßb. Bez. A. H fasc. 2619 or. mb. c. 2 sig. pend. delapsis. Auf der Rückseite der Vermerk expiraverunt.*

443. *Schiedsspruch der Straßburger Ritter Konrad Ripelin und Reinbold von Achenheim in dem Streite Johans von Mombroun mit der Stadt Straßburg. 1324 November 10.*

In der miszehelle, so her Johannes von Monburne von sinre vrowen wegen hern Steinlins seligen wittewe von Winstein het gegen den burgern von Strazburg, do sprechent wir Cûnrat Ripelin und Reinbolt von Achenheim rittere von Strazburg, rätlûte der vorgeanten burgere in der vorgeanten miszehelle, uf unsern eit zû rechte: mügent die burgere von Strazburg vûrbringen, daz der vorgeante her<sup>b</sup> Steinlin selige von Winstein dez crieges were oder sin gesinde ritte oder schaden dette uf hern Walther herren von Geroltzecke oder uf den Heiden von Waszelnheim oder uf die burgere von Strazburg oder in die<sup>c</sup> sûne genomen wurde, die jungherre Claus von Lützelstein hette mit hern Walther dem Heiden von Waszelnheim und mit den burgern von Strazburg den vorgeanten<sup>1</sup>, dez sülent die vorgeanten burgere genieszen und sülent ime keinen schaden abetûn. mügent sû aber daz nût vûrbringen, waz denne der vorgeante her Johannes von Monburnen vûrbringet mit biderben lûten, die ez an nût engat, untze an die zal zwenzig und hundert schaffe und uffe zwenzig geisze oder in der masze, die sins vorwarn warnt, und die selbe

a) Die Datirung hinter datum ist von andrer, gleichzeitiger Hand mit dunklerer Tinte geschrieben.  
b) her übergeschrieben. c) die übergeschrieben.

<sup>1</sup> Vergl. nr. 342, 343 und 352.

zal ist vor uns erberlichen vürbracht, daz unsern burgern und die von iren wegen do warent, nüt me zû teile wurde denne die vorgeschriben zal, dez sol er genieszen<sup>a</sup> mit solicher gedinge: kummet ieman, der besser recht het von hern Stenlins seligen wegen dez vorgeanten, denne die vorgeante hern Steinlins seligen wittewe oder her Johannes von Monburnen der vorgeante von iren wegen, gegen dem sol den vorgeanten burgern von Strazburg ir recht behalten sin. und dez zû eime urkunde so hant wir die vorgeanten ratlûte unsere ingesigele an disen brief gehenket. der wart gegeben an dem sammestage vor sante Martins tage in dem jare, do men zalte von gotz geburte trûzehen hundert jar und vier und zwenzig jar.

10 *S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 16 or. mb. c. 2 sig. pend., quorum 1 delapsum. Gut erhaltenes Siegel des Ritters Konrad Ripelin. Das Stück hat längliches Format und ist an der rechten Langseite unregelmäßig beschnitten, so daß die Zeilen von oben nach unten in der Länge wachsen.*

15 *444. Der bischöfliche Hofrichter beurkundet, daß vor ihm der Magister Burchard Treffese von Straßburg auf alle Forderungen gegen Straßburger Bürger, auch seiner Gefangensetzung wegen, verzichtet hat. 1324 December 10 im Straßburger Hofgericht.*

Coram nobis . . . iudice curie Argentinensis constitutus magister Burcardus dictus Treffese de Argentina non vi nec metu coactus, sed sponte libere et ex certa, ut  
20 asseruit, scientia iuravit ad sancta dei ewangelia corporaliter a se tacta, quod sine dolo Annam dictam Schöbin et Johannem fratrem ejus de Argentina vel bona ipsorum occasione sententie per . . . magistrum et . . . consules civitatis Argentinensis date, ut asseruit idem magister Burcardus, pro Johanne et Anna predictis ac contra  
25 ipsum magistrum Burcardum super redditibus annuis octo quartalium siliginis in banno ville Dûngensheim apud Criegesheim sitis nunquam impetat vel impeti procuret in iudicio ecclesiastico ac etiam seculari vel extra iudicium quoquo modo. item idem magister Burcardus iuravit ut supra, quod Nicolaum dictum Kempfe vel . . . magistrum et . . . consules predictæ civitatis aut quoslibet alios cives Argentinenses seu bona ipsorum in iudicio ecclesiastico aut seculari aut extra iudicium non impetat  
30 vel molestabit vel impeti aut molestari procurabit sine fraude pro eo, quod dictus Nicolaus eundem magistrum Burcardum cepit et ipsum . . . magistro et . . . consulibus predictis presentavit, qui eum captum detinuerunt tempore aliquali. renuntiavit igitur sepedictus magister Burcardus exceptioni doli mali, actioni in factum, litteris a sede apostolica vel aliunde impetratis vel impetrandis omnique juris auxilio canonici et civilis, consuetudinibus et statutis tam publicis quam privatis, exceptionibus  
35 et defensionibus aliis quibuscunque, quibus juvari posset ad veniendum contra premissa vel aliquid premissorum quoquo modo in iudicio vel extra, imposterum vel ad presens. et in hujus rei testimonium sigillum curie Argentinensis ad petitionem sepe-

a) dez—genieszen übergeschrieben.

fati magistri Burcardi presentibus est appensum. actum in curia prescripta 4 idus decembris anno domini 1324<sup>1</sup>.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 15 or. mb. c. sig. pend.*

445. *Schiedsspruch des Ritters Hartung von Rathsamhausen und des Schlettstadter Bürgers Walther Gebauer in dem Streite des Ritters Reinhard von Burgheim mit der Stadt Straßburg. 1324 December 29.*

Wir Hartung von Ratzenhusen ein ritter und Walther Gebure burgere zû Sletzstat, râtlute des erberen ritters hern Reinhartes von Burgheim in der missehelle und ansprâche, die er het gegen den erbern und den bescheiden lûten . . dem meistere dem râte . . den burgern und der stat zû Strazburg, tûnt kunt allen den, die disen brief sehent oder horent lesen, daz wir gesprochen hant, als von des vorgeanten ritters wegen an uns ist verlaszen, daz uns reht dunkent, sider der vorgeante her Reinhart het gesprochen, daz er mit den von Wikersheim und von Bûtenheim nut habe zû dünde denne gût unde liep, daz die vorgeanten burger und die stat zû Strazburg dem selben hern Reinharte von der wegen von Wikersheim und von Bûtenheim nûtesnût sint schuldig uf zû richtende. wir sprechent öch, daz uns dunket: ist her Reinhart sinre wirtin selgen, von der die vorgeante missehelle dar rûret, von rehte zû erbe kommen und mûz och ire schulde vur sie gelten und hant denne die vorgeanten burgere von Strazburg<sup>a</sup> oder ire<sup>b</sup> soldenere oder ieman von iren wegen des vorgeanten hern Reinhartes frowen seligen schaden getan, als er claget, daz ime den schaden die vorgeanten burger und die stat von Strazburg sullent abelegen, die vorgeanten burgere wellent sich denne entslahen, daz ire burgere noch ire soldenere noch nÿman von iren wegen den vorgeanten brant tetent, als der selbe her Reinhart het geclaget<sup>1</sup>. und des zû eime urkunde hant wir Hartung von Râtzenhusen ein ritter und Walther Gebure die vorgeanten unsere ingesigele<sup>2</sup> gehenket an disen brief. der wart gegeben an dem samestage nach dem wihennacht tage, do men zalte von gotz geburte drûzehen hundert und viere und zwentzig jar.

*S aus Straßb. St. A. Verschl. Canzlei-Gew. Corp. K lad. 16 or. mb. c. 2 sig. pend., quorum 1 delapsum.*

a) S Strazbur. b) Loch im Pergament verklebt.

<sup>1</sup> Vergl. UB. III, 289 nr. 959.

<sup>1</sup> Vergl. nr. 446.

<sup>2</sup> *Walthers Siegel mit der Umschrift s. Waltheri Rustici de Sles... zeigt im Felde einen Mann, der sich mit der rechten Hand, wie es scheint, auf ein Schwert stützt.*

446. *Schiedsspruch der Straßburger Ritter Götz von Grostein und Johann Zorn in dem Streit des Ritters Reinhard von Burgheim mit der Stadt Straßburg um den Hüttenheimer Brand. 1324 December 29.*

Wir Götze von Grostein und Johannes Zorn rittere und burgere zû Strazburg,  
 5 râtulte der burgere und der stette zû Strazburg in der missehelle, die her Reinhart  
 von Burgheim ein ritter het gegen den vorgeanten burgern und der stat von  
 Strazburg von des brandes wegen, der do beschach zû Hittenheim, des ander site  
 râtulte sint von des vorgeanten hern Reinhartes wegen der erbere ritter her Har-  
 tung von Rätzenhusen und Walther Gebur ein burger zû Sletzstat<sup>1</sup>, do sprechent  
 10 wir Gotze von Grostein und Johannes Zorn die vorgeanten: sider der vorgeante  
 her Reinhart von Burgheim der frowen zû den ziten nût enhette, der do der schade  
 von des brandes wegen solte beschehen sin, und och der schade von der selben  
 frowen wegen an die burgere von Strazburg ný gefordert wart bi irem lebetagen  
 und och wir nût befunden hant, daz der vorgeante her Reinhart der selben frowen  
 15 von rehte ein erbe si, und ðch der crieg, do der selbe brant inne geschach, der  
 von Wickersheim und von Bûtenheim was<sup>2</sup>, und ðch der brant nût geschach uszer  
 der stat zû Strazburg noch drin, und ðch die burgere von Strazburg ire helfere  
 warent und die selben burgere von Strazburg die vorgeanten von Wickersheim  
 und von Bûtenheim, die den selben brant tatent, solich woltent han gehebet, daz  
 20 sù ratlute und obelute hettent gnomen gegen dem vorgeanten hern Reinharte von  
 des selben brandes wegen, und waz mit dem rechten uff si gefallen were, daz sie  
 dem selben hern Reinhart durch reht ufrichten soltent unbe den schaden von des  
 vorgeanten brandes wegen, daz sù ime daz hettent ufgerichtet, als daz merre teil  
 von râtloten und von obeluten gesprochen hette, do sprechent wir Gotze von Gro-  
 25 stein und Johannes Zorn die vorgeanten: sider er daz von den burgern von  
 Strazburg het versprochen vor uns den vier râtloten vor . . herren . . rittern und  
 vor burgern und sprach also, er enhette noch enwolte mit den von Wickersheim  
 und von Butenheim nût wande liep und gût haben zû schaffende, so sprechent wir  
 Gotze von Grostein und Johannes Zorn die vorgeanten ratlute nach wiser lute  
 30 râte und dunket uns och selber reht uf unsern eit: sider der selbe her Reinhart  
 daz versprochen het von den burgern von Strazburg, als sie ime buttent von der  
 wegen von Wickersheim und von Butenheim, als do vor geschriben stat, daz die  
 vorgeanten burgere von Strazburg nût mit hern Reinharte zû schaffende haben  
 von der wegen von Wickersheim und von Bûtenheim. wir sprechent ðch me, mugent  
 35 die burgere von Strazburg vurbringen, daz der crieg were der von Wickersheim  
 und von Bûtenheim, do der brant inne beschach und die burgere von Strazburg ire  
 helfere werent, wil denne der meister, der zû den ziten meister was zû Strazburg,  
 sich entslahen von der stette wegen, daz er den brant nût hiesze tûn und ez och  
 der rât nût uberein kome, daz men den brant tûn solte, so dunket uns, daz die

<sup>1</sup> *Vergl. nr. 445.*

<sup>2</sup> *Vergl. nr. 418 und 422.*